

num“, quoniam aliam vitam reputat mortem. Et vere est mors, quia amarissima est. Quid autem amarius, quam amatores deliciarum et¹⁾ has penas sustinere? Non enim sunt mortui tantum, sed omni hora moriuntur. Viventes autem in²⁾ vita eterna bene dicuntur viventes, quia³⁾ vi morti⁴⁾ restiterunt delicias carnales refutando, et ceperunt in premio⁵⁾ delicias sempiternas. Sed multi comedunt spiritualem cibum sine appetitu et desiderio et evomunt illum de cordibus suis. Ve illis! quia reatus illorum cum Iuda describitur, et porcio eorum cum Dathan et Abiron, nec proderit animabus ipsorum⁶⁾ ad nutrimentum. Nonne cognoscitis, quod⁷⁾ si bestia comedit sine appetitu, non provenit ei ad nutrimentum, sed dolore torquetur?⁸⁾ Multo magis vos torquebimini, quia pena vestra erit eterna, sicut cibus est eternus. Quorum vestigia, vos obsecro, cavete,⁹⁾ sed in nutrimentum animarum vestrarum cibum illum desiderate¹⁰⁾ recipere et sine ipso nolite vivere, ut in eternum vivatis; et¹¹⁾ „non in solo pane vivit homo, sed ex omni verbo, quod procedit de ore dei“. Nam panis celestis non solum est panis, sed et¹²⁾ caro et verbum, que si sola esset, non haberet nutrimentum vite eterne. Quomodo¹³⁾ autem ille panis sit caro, ait salvator: „Panis, quem ego dabo, caro mea est.“ Que caro verbum est; prout Iohannes in evangelio ait: „Et verbum caro factum est.“ Quod verbum deus erat, de quo idem: „Et deus erat verbum.“ Et sic iste panis caro, verbum et deus est. Quem panem qui sumere vult, accipere oportet carnem, verbum et deum in illo pane celesti, qui panis angelorum nuncupatur. In sumpcione panis oportet, ut¹⁴⁾ sumatur verbum veritatis. De¹⁵⁾ quo verbo Christus ait: „Ego sum¹⁶⁾ veritas et vita.“ Qui verbum veritatis¹⁷⁾ non accipit sumendo, non accipit panem illum. Oportet ergo eum, qui panem sumit, carnem sumere. Quia¹⁸⁾ cum eum¹⁹⁾ dominus discipulis suis traderet, dixit: „Hoc est

corpus meum, quod pro vobis²⁰⁾ tradetur“, et sanguinem eiusdem carnis dedit eis dicens: „Hic est calix sanguinis mei novi et eterni testamenti, qui pro multis effundetur.“ Cum autem homo sumit illam carnem, perdat carnem suam, et tradat eam pro Christo, tollensque crucem suam²¹⁾ sequatur eum, ut particeps fiat mortis et passionis eius, participans in futuro gloria²²⁾ nominis sui. Cum autem carnem sumit, oportet eum et panem illum sumere verum, prout ipse ait: „Ego sum panis verus, qui de celo descendi.“ Confirmavit nobis ipse Christus novum et eternum testamentum per panem illum. De qua confirmatione David canit in psalmo: „Et panis cor hominis confirmet.“ David autem non inmerito figurative de eterno pane loquitur. Nam domus eius Bethlem²³⁾ vocatur, quod interpretatur domus panis. De hac domo voluit deus Christum suum nasci, qui est verus panis. Et ideo nominat eum scriptura de domo David, id est de domo panis. Confirmet autem ille panis corda et animas vestras in sancta dilectione et caritate sua, ut sic valeatis transire per regna temporalia, ut non amittatis eterna. Amen.²⁴⁾

Capitulum II.

Cum autem regnabitis post me decorati diademate regum, mementote, quod et ego rexi ante vos, et²⁵⁾ in pulverem redactus sum et in lutum vermium.²⁶⁾ Similiter vos cadetis transientes ut umbra et velud flos agri. Quid valet nobilitas²⁷⁾ aut rerum affluentia, nisi assit pura consciencia cum fide recta et²⁸⁾ spe sancte resurrectionis? Non estimetis vitam vestram sicut impii, non recte cogitantes: cum exiguum²⁹⁾ sit, quod estis, quia a deo creati et ex nichilo nati sitis et post hoc³⁰⁾ ad nichilum redigamini³¹⁾, tanquam non fuissetis. Scitote vobis habere patrem eternum et filium eius, dominum nostrum Jesum Christum, qui primogenitus est in multis fratribus, qui vos vult participes fieri regni sui, si

¹⁾ etiam 6. — ²⁾ nemají 3, 4. — ³⁾ qui 4; quia vini 6. — ⁴⁾ morte 5. — ⁵⁾ Tak rukopisy, in premium Böhmer. — ⁶⁾ eorum 4. — ⁷⁾ quia 4. — ⁸⁾ torquet 2. — ⁹⁾ canere 2, 5, 7. — ¹⁰⁾ desiderare 6. — ¹¹⁾ nemají 3 a 4. — ¹²⁾ ex 3; in 4. — ¹³⁾ quod 6. — ¹⁴⁾ nemá 2. — ¹⁵⁾ De — veritatis non nemá 2. — ¹⁶⁾ s. via, veritas et v. 3. — ¹⁷⁾ veritatis uero non 7. — ¹⁸⁾ qui 3. — ¹⁹⁾ nemá 3, 4. — ²⁰⁾ Za vobis vkládají 2 a 7 multis. — ²¹⁾ suam et sequ. 3, 4, 5. — ²²⁾ gloriam 7, a vydavatelé. — ²³⁾ Bethleem 3; Betlehem 4. — ²⁴⁾ nemá 4 a 6. — ²⁵⁾ nemá 6. — ²⁶⁾ uenerim 3, 4. — ²⁷⁾ nob. generis 4. — ²⁸⁾ recta, spe sancta resur. 3, 4, 5, 6, 7. — ²⁹⁾ Tak 2, 6, 7. — ³⁰⁾ hec 2. — ³¹⁾ redigamini 2.

— mandata eius servaveritis, et non inquinaveritis mentes et consciencias,¹⁾ et voluntate²⁾ sanguinis et carnis vestre efficiemini³⁾ filii dei, prout⁴⁾ Johannes in evangelio dicit: „Dedit eis potestatem filios dei fieri.“ Si igitur vultis effici filii dei, mandata patris vestri servate, que anunciavit vobis per filium suum, dominum nostrum Jesum Christum,⁵⁾ regem celestem, cuius typum et vices geritis⁶⁾ in terris. Mandatum vero maius est: „diligere dominum⁷⁾ deum ex toto corde et ex tota anima, et proximum sicut semet⁸⁾ ipsum.“ Si ea dilectione deum diligetis, animas vestras, pro ipso ponere non formidabitis, et non timebitis eos, qui corpus quidem possunt interficere, animam vero perdere non valent. Sed timebitis⁹⁾ patrem vestrum, qui potens est salvare et mittere in iehennam sempiternam. Si vero in timore domini ambulaveritis, sapientia vestrum erit inicium, et iudicabitis fratres vestros in iusticia et equitate, prout ipsi iudicari speratis a¹⁰⁾ domino; nec sic deviabitis in devium, quia via domini recta est. Eritque misericordia vestra super egenos et pauperes, prout optatis misericordiam consequi de egestate et fragilitate vestra a domino. Et sapientia vestra fortificabitur in robore domini, et ponet ut arcum ereum¹¹⁾ brachium vestrum et conteretis bella forcia, et cadent impii coram vobis, iusti autem gaudebunt. Cogitationes quoque¹²⁾ inimicorum vestrorum deus dissipabit et docebit vos facere¹³⁾ iusticiam et iudicium. Revelabit vobis secreta, scrutinium¹⁴⁾ iustum ostendet vobis et non palliabit vir astutus maliciam¹⁵⁾ suam ante faciem vestram, quia spiritus sapientie et intellectus¹⁶⁾ domini erit in vobis. Et velabuntur¹⁷⁾ oculi iniustorum coram vobis, tolletque deus de cordibus eorum verbum, et amentes erunt propositiones eorum. Iustus autem salvabit vitam suam, sicque erit honor regis¹⁸⁾, quia honor regis¹⁹⁾ iudicium diligit. Et scepra vestra²⁰⁾ florebut coram domino, quia

porrexistis ea lapso et inopem extraxistis de laqueo venantium. Diademataque²¹⁾ vestra splendebunt, et facies vestre illustrabuntur, quia oculi sapientium in ipsa respicient et laudabunt dominum dicentes: „Adiciat²²⁾ dominus dies regis super dies eius.“ In generatione iustorum benedicetur semen vestrum. Avariciam si odio habueritis, affluent vobis divicie; quibus nolite cor apponere, sed thesaurisate vobis sapientiam, quoniam in possessione eius²³⁾ multa dominacio. Avarus autem non dominatur,²⁴⁾ sed subditus est pecunie dicioni.²⁵⁾ Perversa²⁶⁾ consorcia atque consilia fugite, quia cum sanctis sancti eritis, et cum perversis pervertemini; morbus namque contagiosus est peccatum. Apprehendite igitur disciplinam domini, ne quando irascatur, et per-eatis de via iusta, cum in brevi exarserit ira eius. Si peccare vos contigerit, tedeat animam vestram vite vestre, donec recurratis ad fontem pietatis et misericordie. Quamquam humanum sit peccare,²⁷⁾ diabolicum tamen est perseverare. Nolite peccare in spiritum sanctum,²⁸⁾ peccando in confidenciam dei, quia²⁹⁾ spiritus dei sanctus elongatur a vobis; putandum est, quod spiritus sanctus peccati zelator est. Non date in vobis locum ire. sed mansuetudini, que mansuetudo vincit³⁰⁾ iram et paciencia maliciam. Nolite invidere alterutrum, sed caritatem potius habete invicem, quia³¹⁾ invidia generat odium. Qui odit, non amatur,³²⁾ et in furore suo peribit, qui vero caritatem habet, diligit, et est dilectus deo et hominibus. Si exaltari cuperit³³⁾ cor vestrum, humiliate vos, nec veniat vobis pes superbie. Superbia³⁴⁾ ingrata est creatori et benefactoribus, et ideo non habet superbus gratiam nec coram deo nec coram hominibus. Conteret autem eam³⁵⁾ dominus in fine, deponens potentes de sede et exaltans de pulvere humiles, ut sedeant cum principibus et solium glorie teneant. Nolite crapulari a cibo et potu, sicut faciunt hii, quorum

¹⁾ mentes, consciencias rukopisy. — ²⁾ vol. carnis, sang. et carnis 3, 4. — ³⁾ efficiamini 3, 4. — ⁴⁾ prout — fieri nemá 6. — ⁵⁾ Jesum Chr. nemá 3 a 4. — ⁶⁾ geretis 2. — ⁷⁾ nemá 4. — ⁸⁾ temet 6. — ⁹⁾ timeatis 3, 4. — ¹⁰⁾ a domino — optatis nemá 6. — ¹¹⁾ Tak všecy rukopisy, ale Böhmer a Freher eueum. — ¹²⁾ uero 7. — ¹³⁾ fac. deus iusticiam 7. — ¹⁴⁾ scrutinium — vobis nemá 5. — ¹⁵⁾ iusticiam 3. — ¹⁶⁾ intelligencie 6. — ¹⁷⁾ Tak 1, 2, 6 a 7; reuelab. 3, 4; velabunt 5. — ¹⁸⁾ regius 2, 5, 6 a Reineccius. — ¹⁹⁾ quia honor regis nemá 3. — ²⁰⁾ nemá 4. — ²¹⁾ diademata uestra 7. — ²²⁾ Adiciat 6. — ²³⁾ nemá 3. — ²⁴⁾ dominabitur 5. — ²⁵⁾ dominacioni 7. — ²⁶⁾ P. consilia atque consorcia 3, 4, 6. — ²⁷⁾ peccare et dyab. 3. — ²⁸⁾ nemá 7. — ²⁹⁾ quia spir. dei nemá 6. — ³⁰⁾ vinceret 2. — ³¹⁾ quoniam 2, 5. — ³²⁾ amat 3, 4. — ³³⁾ cupit 2, 3, 4, 7. — ³⁴⁾ Superbia eciam grata non est cr. 3. — ³⁵⁾ eum 7.

deus venter est, quorum gloria et finis fecium accumulatio est. Nolite renes¹⁾ vestros coinquinare, sed lumbos vestros precingite, fortitudine mentis concingimini [coniugium]²⁾ amplectendo. Quoniam spiritus sanctus effugiet luxurie se dantes, nec habitabit in corporibus subditis peccato.³⁾ Abstinetes vos a malo accidie, ne vos trahat gravedine sua⁴⁾ in profundum inferni.

Cavete ergo vobis ab omni peccato in etate tenera, quia parvus error in principio magnus erit in fine. Sed ambulate in lege domini sine macula, ut benedictionem accipiatis ab eo, qui ait: „Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini,“ ut sitis tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet, sed ascriptum erit in libro vite, ubi ascripta⁵⁾ sunt nomina iustorum. Quod vobis prestare dignetur, qui dignus fuit aperire librum et⁶⁾ signacula^{6a)} eius.

Capitulum III.

Successioni vestre diligenter scripsi verba preassumpta sapiencie et timoris dei, quantum mea parvitas divini auxillii capax fuit. Nunc de vana et stulta vita mea vobis scribere cupio, ac de exordio transitus mei mundani, ut⁷⁾ cedere vobis valeant in exemplum. Graciam autem michi a deo infusam et amorem studii, quod mei pectoris habuit tenacitas non tacebo; ut⁸⁾ tanto magis speretis in divino auxilio⁹⁾ in laboribus vobis succurrere, quanto patres et predecessores vestri vobis magis¹⁰⁾ annunciant. Nam et scriptum est: „Patres nostri annunciaverunt nobis.“¹¹⁾ Cupio ergo¹²⁾ vos non latere, quod Henricus¹³⁾ septimus, Romanorum imperator, genuit

patrem meum nomine Johannem ex Margareta, ducis Bravancie filia. Qui¹⁴⁾ duxit uxorem nomine Elyzabeth, filiam Wenceslai secundi, Boemie regis, et obtinuit¹⁵⁾ regnum Boemie cum ea, quia masculinus sexus in progenie regali^{15a)} Boemorum defecerat.¹⁶⁾ Et expulit Henricum, Karinthie ducem, qui habebat in uxorem¹⁷⁾ sororem seniore uxoris sue dicte, que mortua est in posterum sine prole,¹⁸⁾ qui regnum Boemie causa eiusdem sororis ante eum obtinebat, prout clarius inronicis Boemorum continetur. Genuitque idem Johannes, rex Boemie, cum Elyzabeth regina¹⁹⁾ primogenitum suum nomine Wenceslaum anno domini millesimo trecentesimo XVI pridie idus Maii hora prima in Praga. Deinde alium filium nomine Ottogarum,²⁰⁾ qui in puerili etate decessit. Demum²¹⁾ genuit et tertium nomine Johannem. Habuitque predictus rex duas sorores desponsatas, unam tradidit²²⁾ Ungarorum regi Karoli Primo, que sine liberis mortua est; secundam vero dederat Karolo, Francorum regi. Ipso regnante in Francia anno incarnationis domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, misitque me meus pater iam dictus ad dictum regem Francie me existente in septimo anno puericie mee; fecitque me dictus rex Francorum per pontificem confirmari et²³⁾ imposuit michi nomen suum equivocum videlicet Karolus et dedit michi in uxorem filiam Karoli,²⁴⁾ patri sui, nomine Margaretam dictam Blanczam.²⁵⁾ Mortuaque est uxor sua, soror patris mei, anno illo sine prole.²⁶⁾ Demum idem rex aliam sibi matrimonio²⁷⁾ copulavit. Dilexitque me prefatus rex valde, et precepit capellano meo, ut me aliquantulum in litteris erudiret, quamvis rex predictus ignarus esset litterarum. Et²⁸⁾ ex hoc didici legere ho-

1316
14
kv.

1323

¹⁾ renos 2. — ²⁾ Slovo to schází ve všech rukopisech, ale Reinec. je přivádí co variant a . . . ském překladu jest též „manželstvo držieco“. — ³⁾ peccatis 3, 4, 7. — ⁴⁾ suam 3. — ⁵⁾ scripta 7. — ⁶⁾ et — eius nemá 6. — ^{6a)} singula 2. — ⁷⁾ et 2; ut redere 5. — ⁸⁾ nec 3. — ⁹⁾ Místo in div. aux. má Böhmer divinum auxilium. — ¹⁰⁾ nemá 3. — ¹¹⁾ vobis 2. — ¹²⁾ Böhmer igitur. — ¹³⁾ Hendricus 6 a tak obyčejně níže. — ¹⁴⁾ qui Johannes 7. — ¹⁵⁾ et ipse Joh. ob. 7; et obtinuerunt 6. — ^{15a)} nemá 3, 4. — ¹⁶⁾ deerat 7. — ¹⁷⁾ in ux. seniore senioris vxoris 3; in ux. sor. senioris vxoris 4. — ¹⁸⁾ s. prolege 6. — ¹⁹⁾ Tu vkládá 4, 6 a 7 me. — ²⁰⁾ Ottag. 3; Ottak. 4. Ottacar. 5. Ten se narodil dne 22. listopadu 1318 a zemřel dne 20. dubna 1329. — ²¹⁾ Dem. et genuit ter. 5. Jan narodil se 12. února 1322 a zemřel 12. listopadu 1375. — ²²⁾ tradiderat 5. — Beatrix, manželka Karla Roberta, krále uherského nar. se r. 1305, a zemř. r. 1312, a starší Marie nar. se roku 1304, zasnoubila se s Karlem IV. Krásným dne 24. srpna 1322. — ²³⁾ et imposuit nemá 3, 4. — ²⁴⁾ nemá 3, 4. — ²⁵⁾ Blanca 1; Blanczye 3; Blanche 4; Blanda 6; Blancha 7. Karel přišel do Francie počátkem dubna 1323 zasnoubení jeho stalo se buď 8. neb 15. května. Otec Blančin byl Karel z Valois, bratr krále Filipa IV., tedy strýc vládnoucího krále Karla IV. Krásného. — ²⁶⁾ Dne 26. března 1324. — ²⁷⁾ in matrimonio 2, 3, 4, 5. — ²⁸⁾ nemá 6.

1335 marchionatu Moravie. Et sic nobis remansit solus titulus marchio Moravie sine re.

Illo tempore equitabamus una ¹⁾ dierum de ²⁾ Purglino ³⁾ in Pragam, volentes adire ⁴⁾ patrem nostrum, qui erat in Moravia, et sic ⁵⁾ tarde venimus in castrum Pragense ad antiquam domum purgraviatus, ubi mansionem per aliquot annos ⁶⁾ feceramus, antequam palacium magnum fuerat edificatum. Et nocturno tempore deposuimus nos in lecto, et Bussko de Wilharticz senior in altero ante nos. Et erat magnus ignis in camera, quia tempus hiemale ⁷⁾ erat, multaque candelae ardebant in camera, ita quod lumen sufficiens erat, et ianue et ⁸⁾ fenestre omnes erant clause. Et cum incepissemus dormire, tunc deambulabat nescio quid per ⁹⁾ cameram, ita ¹⁰⁾ quod ambo evigilavimus, et fecimus dictum ¹¹⁾ Busskonem surgere, ¹²⁾ ut videret, quid esset. Ipse autem surgens ¹³⁾ circumivit per cameram querens, ¹⁴⁾ et nichil vidit nec quidquam potuit invenire.

Tunc ¹⁵⁾ fecit maiorem ignem et plures candelas incendit, et ivit ad ciffos, qui stabant pleni vino super bancas, ¹⁶⁾ et potavit et reposuit unum ciffum prope unam ¹⁷⁾ magnam candelam ardentem. Potacione facta tunc deposuit se iterum ad lectum, et nos induti pallio nostro sedebamus in lecto ¹⁸⁾ et audiebamus ambulantem, videre tamen neminem poteramus. Et sic respicientes cum predicto Busskone super ciffos et candelas vidimus ciffum proiectum, et idem ciffus proieiebatur, nescimus ¹⁹⁾ per quem, ultra lectum Busconis de uno angulo camere usque in ²⁰⁾ alterum in ²¹⁾ parietem, qui sic reverberatus a pariete cecidit in medium camere. Videntes hec ²²⁾ territi sumus ²³⁾ nimium et semper ambulantem in camera audivimus, neminem autem ²⁴⁾ vidi-

mus. Post vero signati sancta cruce in Christi nomine usque in mane dormivimus. Et ²⁵⁾ mane surgentes ciffum, prout proiectus erat, in medio camere invenimus et ea nostris familiaribus ad nos de ²⁶⁾ mane venientibus ostendimus.

Illo tempore misit nos ²⁷⁾ pater noster cum pulchro exercitu super ducem Slezie nomine Polconem, ²⁸⁾ dominum Munsterberiensis. ²⁹⁾ Nam ille dux non erat princeps neque vasallus patris nostri et regni Boemie. Pater tamen noster acquisierat civitatem Wratislaviensem per ³⁰⁾ dominum Henricum septimum, ducem Wratislaviensem, qui heredes non habebat. Et idem dux acceperat in ³¹⁾ donum Glacense ³²⁾ territorium temporibus vite sue, voluitque potius predictam civitatem ac ³³⁾ ducatum patri nostro et corone regni Boemie perpetuo applicare quam fratri suo Boleslao dimittere, quia ipse et frater suus mutuo sibi inimicabantur. ³⁴⁾ Postquam autem pater noster accepisset possessionem civitatis Wratislaviensis, omnes duces Slezie et Opulien-sis subiecerunt se dicioni sue perpetuo ³⁵⁾ ac corone regni Boemie, ut tuerentur et defenderentur a regibus Boemorum, exceptis duce Slezie, ³⁶⁾ domino Swydnicensi, et ³⁷⁾ Polcone domino Munsterberiensis. ³⁸⁾ Cuius territorium devastavimus, prout in cronica scriptum est. Quod in tantum fuit devastatum, quod ipse coactus est mediantibus placitis ³⁹⁾ esse vasallus patris nostri ac corone regni Boemie sicut et alii duces. ⁴⁰⁾

Hiis peractis arripuimus iter versus Ungariam ad patrem nostrum, quem invenimus in Wissegrado ⁴¹⁾ super Danubio aput regem Karolum primum. Qui ante habuerat sororem patris nostri, ipsa vero defuncta acceperat ⁴²⁾ sororem regis Cracovie Kazomiri, ⁴³⁾ cum qua genuerat tres filios: primogenitum Ludovicum,

¹⁾ vno 4. — ²⁾ in 3. — ³⁾ Burglino 5. — ⁴⁾ audiere 6. — ⁵⁾ nemá 7. — ⁶⁾ dies 2, 6. — ⁷⁾ tempore hiemali 7. — ⁸⁾ ac 2, 6 a 7. — ⁹⁾ in camera 4. — ¹⁰⁾ ita — evigil. nemá 2. — ¹¹⁾ predictum 3, 4. — ¹²⁾ surgere et videre 3, 4. — ¹³⁾ surgent circumis 6; circuiuit 4. — ¹⁴⁾ nemá 6. — ¹⁵⁾ Et 4. — ¹⁶⁾ vancas 3. — ¹⁷⁾ nemá 6. — ¹⁸⁾ loco 1. — ¹⁹⁾ nescio 7. — ²⁰⁾ e. usque ad alterum parietem 6. — ²¹⁾ ad 7. nemá 3, 4. — ²²⁾ hoc 3, 4. — ²³⁾ fuimus 4. — ²⁴⁾ tamen 7. — ²⁵⁾ et m. surg. nemá 6. — ²⁶⁾ nemá 4. — ²⁷⁾ me 3. — ²⁸⁾ Bolckonem 7. — ²⁹⁾ Tak 1, 3, 5, 6 a 7; Minsterberiensis 2; Minsterbergensem 4. — ³⁰⁾ per — Wratislav. nemá 6. — ³¹⁾ in don. nemá 6. — ³²⁾ Blac. 3. — ³³⁾ ad rukopisy kromě 7, který má addicare p. n. — ³⁴⁾ inmitabantur 2. — ³⁵⁾ perpetue 3, 4. — ³⁶⁾ Slezye 3. — ³⁷⁾ et domino Pol. 2. — ³⁸⁾ Tak 1, 2, 5, 6 a 7; Ministerbiensi 3; Minsterberg 4. — ³⁹⁾ placitus rukopisy. — ⁴⁰⁾ Výprava do Slezska stala se v měsíci září; v první polovici října byl zase Karel v Praze a v listopadu zase již ve Vyšehradu Uherském, odkud přes Brno odcestoval do Vratislavě, aby po smrti vévody Jindřicha VI zemi tuto ujal. — ⁴¹⁾ Hrad mezi Ostřihomem a Budňnem na Dunaji ležící; německy slove Bliadenburg. — ⁴²⁾ recep. 1, 3, 4, 6, 7. — ⁴³⁾ Kasimiri 7; Kazimiri 6.